



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo damnatus ad mortem est Dominusß

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Et Chryſoſt. de ſubſtantia. Amb. 1. de Spiritu S.
c. 1. Illi quidem Arianos, Eutychianos, Neſtorianos
reſcribitur, quorum primi Deum negabant, alii natu-
ras confundebant, alii perſonas ſeparabant. Et tamen
veterum hæreticorum veltigiis inſiſtit etiam hodierni.
¶ Num cum ad rem ventum eſt incarnationem, & com-
munionem in idiomatum, non tam hypoſtaſi, quam
diſtincti humane nature in Chriſto, dotes glorioſi corporis ap-
pellat. Sic Cal. ult. admon. ad Weſtphal. Econtrario
Lutherici, dum Chriſti humanitati omnia attributa
Dei phyſice tribuunt, naturam ipſam tollunt. Non n.
nature humane eſt, q̄ om̄. in potens, om̄. ſcia, immenſa,
æterna eſt. Si n. vnum Dei attributū eſſentiale huma-
nitati tribuant, humani necceſſe eſt, vt eodem cōcedant.

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.

Quomodo damnatus ad mortem est Dominus?

Præceptum Domini est Leuitici 10. 6. & Leu. 21. 10.
Primo locus de omnibus sacerdotibus agit, posteriore
de famulo sacerdote. Quidam interpretantur, de non
scindendis vestib. super mortuū. Verum scriptura ab-
solute loquitur, non de luctu tantum, verum tamē re-
stringendū videtur ad tempus, quo ingrediebatur ta-
bernaculum; nam de capite non nudando, de vino
non bibendo, de non egrediendo de tabernaculo, eo
pertinere videntur, siue autem id licitū fuerit, siue illic-
itum, insigni hypocritis zelum gloriæ diuinæ homo
proptus obtridit, & odio tegendo pietatē ostendit.
Stenul; ad principis exemplū totum concilium hypo-
critarum. Quos & interrogat, quid vobis videtur?
Syrus; quid vultis? Omnes respondent, non examina-
ta causa, Reus est mortis.

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

§.3. Pugnis adiunguntur palmæ. *Palmas in faciem dederunt.* In Syro est *ܩܪܥܬܐ* percutientes, modum enim percussionis non indicant. Græcū *ἐπέσθην*, alii vertunt, palmis, alii crepidis, alii bacillis ceciderunt. Præter modum autem & iustitiam sentiunt, cum necdū mortis, aut contumeliæ genus fuerit à iudice decretū: apparet igitur impios ministros sibi & Dominis vindictæ illam præstitisse. Lucas, cum dixisset: *Ἰλλυσσε εἰ, κἀδῆς, ἐπέσθης*, addit; obuoluisse, & in faciem percussisse, itaq; *πατήσῃ* est in faciem percutere, quod hic vertit noster: *palmas in faciem dederunt*: ita enim fieri solet, vt alapis, non bacillis facies cæderetur. Itaq; *πατήσῃ* Græci interpretantur alapis cedere, & in Epigram. 51. Matth. *πατήσῃ* est alapa. Phryn. ait: *ὁ δὲ κῆρυξ πατήσῃ αὐτοῦ αὐτοῦ* in facie cadere. Et Nazian. *τοῖς ἐπὶ τοῖς κῆρυξ πατήσῃ αὐτοῦ αὐτοῦ* alapis in facie acceptis. Quia vero Propheta habebatur, in eo ipsum acerbe exagitant, petuntque vt qui templi interitum prædixerit, de suo iam percussore propheter: quem ad modum Tiberius tempore pene eodem cum Mathematico egerat: de quo Suet. in Tiberio.

*Petrus vero sedebat foris in atrio: Et
acceſſit ad eum una ancilla dicens:
Et tu cum Ieſu Galileo eras. At ille
negavit coram omnib. dicens: Ne-
ſcio quid dicis. Exeunte autem illo
ianuam, vidit eum alia ancilla, Et
ait hiſ qui erāt ibi: Et hic erat, &c.*

Quo ordine & modo Christum Petrus negavit?

Ioannes 13. 38. Non cantabit Gallus, donec ter me neges.

Marcus 14, 31. discrepare videtur. Priusquam Galli

vocem bis dederit, ter me es negaturus.

Consensus
Euangelii-
starum.

Zz 2